GUIDO DE COLUMNIS

Italien, 1287

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26062
Copyright: Admont, Benediktinerstift

pendi mandauit. Ut eos more furum pluribus diuersis afflixit. Reliqui
autem uicini de adiacentibus uillis et castris audito de insultantibus in Tro
ianos sic cum morte consumptis perterriti nimium cessauerunt omnino uexare. Tro
ianos unde quietos et maxima parata Troianis. Sed quies in eam tribula
tionibus diu post. Eneas uero interim suis refectis nauibus cum multis de reliquiis
Troianorum ex parte eius Anchise naues ipsas ascendit profecturus in exilium sibi
a Grecis indictum. Propter quod nauibus ipsis alto pelago se committit et cum prius ig
noret quo sibi sedem sibi statueret ubi posset locare penates multis maris et
exagitatus procellis multos locos adhesit. Sed uoluntate deorum cum suis nauibus
portum intrat et tam diu per peregrina maria nauigauit quod peruenit Ytaliam
et in Tusciam se recepit. De processibus autem Enee particularibus qualiter scilicet fuerit
sibi post recessum eius a Troia et qualiter scilicet contingit postquam peregrinari desiit
ex quo uenit in Tusciam presens ystoria non describit. Sed qui eorum uoluerit habere
notitiam legant Virgilium in Eneydos. Egea uero uxor Diomedis post
quam ad eius peruenit notitiam Diomedem receptum a Troianis et hostes suos et
sic uiriliter debellasse. Timuit ut Diomedes forte uiribus conquisitis in eam
irrueret et suos et eam offenderet tanquam lesus ab eis. Unde habito consilio cum
Argiuis statuit pro Diomede mittere ut ad regnum suum secure debe
at remeare. Qui habito nuntio sue uxoris gauisus est ualde et festinus
ad propria remeauit. Ubi ab Egea uxore sua et omnibus Argiuis sincere
nis affectibus et cum maximo gaudio fuit receptus. Ceteri uero Grecorum
qui reges eorum redeuntes a Troia recipere recusauerunt penitentia ducti et
humiliter quesierunt eos et ipsos regnorum suorum restituunt dignitati. Qui
postquam ad regna peruenerunt eorum urbes et loca collapsa in eorum absentia
sollicita mente reformant et in meliorem statum restaurare procurant.

Explicit liber xxxi. Incipit xxxii. De horeste uindicante mortem
patris: et recuperatione Regni sui. Rubrica.

Horestes quidem Agamenonis filius quem Rex ydumeneus susceperat et
nutriendum ob timorem Egisti iam adoleuerat et xxiiii annorum
iam erat maior effectus. Quem rex ydumeneus ipsum honore mili
tie decorauit in multa iocunditate festiua. Quo facto milite y
dumeneum Regem deuote rogauit horestes. Ut cum etas eius et tempus et
appeterent circa regni sui recuperationem et in ultionem necis intendere patris sui
ut de militibus regni sui sibi deberet subsidium exibere. Qui libenter an
nuens sibi mille milites ualde strenuos assignauit. Ubi multorum
suorum requisiuit et expectauit auxilium sic quod breui tempore alios D. mi
lites sibi quesiuit. Et cum predictis duobus milibus militum Ciuitatem
Thobeam animosus intrauit. Erat autem huius Ciuitatis dominus Rex forte